

## De Berecynthia &amp; Atti.



Ecepta Græcia credulitate demonū potiusquā deorū, nuncq̄ deterius suis dis reponeret, quā ut eorū matrem ueternosam anum, non solū puerilē amato, quantū etiam fingerēt zelotipam. Tantū enim zeli succensa anus inuidiosa flagrauit, quæ nec suis utilitatibus furiosa pepercit, ut unde fructū sperabat libidinis, illud ueterana succideret meretrix. Et quāuis apud muliebres animos libido obtineat regnū, tamen etiā inuidia libidine zelus obtinet dominatū. Berecynthia enim mater deorū Attin puerum formosissimū amasse dicitur, quē zelo succensa castrando semi masculū fecit. Quid ergo sibi in his Græcia sentire uoluerit, edicamus. Berecynthiam dici uoluerit, quasi mortuā dominā. Ideo matrem deorū, quod deos nuncupari per superbiam uoluerit: Ideo eos in olympo habitantes quasi excelsos & superbos, ideo & dæmonas nuncupant secundū Homerū, quī dicit *μετὰ δαίμονας ἄλλους*, id est, post deos alios, *δαίμων* enim græce populus dicitur, is dicitur unus, & quia populos subdere cupiebant, & soli super populos esse, dæmones dicti sunt. Ideo & apud Romanos Indigetes. Ergo Berecynthiam montibus præesse dixerūt Bernicynthos. Cynthos enim Attica lingua flos nūcupatur, unde hiacynthus dicitur quasi *ἰάκυνθος*, quod nos latine solus flos dicimus quasi omnibus perfectior. Nam & Epicarmus ita ait: *πάγκρατος σέφανος, ἢ ποδὲ ἀντιπροβατῆς ἢ χρυσάλος*, id est, florigera corona, atq̄ è littoribus procedit chrysalus. Itaq̄ florē quamuis quilibet amet, tamen abscondit, ut Berecynthia in Attin fecit, tathis enim græce flos dicitur, ut Sosides Atticus in libro theologumenon quē appellauit, scribit matrem deūm, in modū potētiae uoluit poni, unde Cybele dicitur quasi cydos baleon, id est, gloriæ firmitas, unde & Homerus ait: cui Iuppiter gloriā donauerat, ergo ideo turrita pingitur, quod omnis potētiae elatio sit in capite. Ideo leonū curru præsidens, quia omnis potētia regno ornata sit. Scepterū etiā fert, quod omnis potentia uicina regno sit, ob hanc rem etiā mater deū dicta est, illud nihilominus ostēdere uolētes, quod siue Indigetes, siue di, siue dæmones apud antiquos à diuitiis dicti sunt, ergo potētia diuitū mater est, unde & Homerus Agamēnonem cōsiderans ait: *ἀπείδῃ τέσθ' αὐτ' ἐπιμέμφεαι ἠδ' ἔχρησθ'.* Nec non etiā Euripides cōsimilans Tantalū Ioui in tragœdia Electræ ait, beatus ille, nec inuideo fortunas eius Iouis æqualis, ut dicitur Tantalus, ergo potētiae gloria semper & amore torretur, & liuore torquetur, Citōq̄ abscondit quod diligit, dum tamen amputet illud, quod odit: Deniq̄ omnis nūc usq̄ potētia nescit circa suos diuturnū seruire affectum, & quod amauerit cito, aut zelando amputat, aut fastidiendo horrescit, & Attin dici uoluerunt quasi *ἔθος*, *ἔθος* enim græce consuetudo dicitur, ergo quantumcumq̄ amor sit, potentibus stabilis esse non nouit.

## De Psychi &amp; Cupidine.



Puleius in libris metamorphoseon hanc fabulā planissime designauit, dicit esse in quadā ciuitate regē & reginā, habere tres filias, duas natu maiores, esse temperata specie, iuniorem tam magnificæ esse figuræ ut crederetur Venus esse terrestris. Deniq̄ duabus maioribus quæ erant temperata specie, conuicio uenere, illā uero ueluti deā non quisquā amare ausus, q̄ uenerari pronus, atq̄ hostiis sibi met deprecari. Cōtaminata ergo honoris maiestate. Venus succensa inuidia, Cupidinem petit, ut in contumacē formā læueritet uindicaret. Ille ad matris ultionē adueniens, uisam puellā adamauit, pœna enim in affectū conuersa est, & ut magnificus iaculator ipse se suo telo percussit. Itaq̄ Apollinis denunciatione iubetur puella in montis cumine sola dimitti, uelut feralibus deducta exequiis, pœnato serpenti sponso destinato, perfecto nanq̄ choragio puella per montis decliua zephyri flantis leni uectura delapsa, in quadā domū auream rapitur, quæ pretiosa sine pretio, sola cōsideratione laude deficiente poterat existimari. Ibiq̄ uocibus tantummodo seruientibus, ignota atq̄ mansionario utebatur coniugio. Nocte enim adueniēs maritus, Veneris præliis obscure peractis, ut in uise uespertinus aduenerat, ita crepusculo incognitus etiā distedebat. Habuit ergo uocale seruitiū, uentosum dominiū, nocturnum cōmercium, ignotū cōiugium.

Sed